



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Instrvctio Magistri Novitiorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniæ, 1613**

Cap. 7. De exercitijs in recreationis loco, ac tempore fieri solitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](#)

gerere; nunc absque capucio coniuncti manibus, præ Chori, vel Oratorijs fons bus huc, vel illum genuflexum per modicum tempus orare iubebit. Ac denique alia omnia, quæ in mortificatione genera morem sanctissimè inducta sunt ueri conabitur.

3 Nauet operam, ut inter alia vniuersalium item Iesu Christi paupertatē fratres colant, & æmulatione multa pereniter ad eō affectent, ut nihil in hoc mundo, ne vestes quidem, quibus teguntur, aut alia quibus necessariō utuntur, possidere velint. Quocirca iuxta morem Religionis antiquum, vestes, libros, imagines, celasq; frequenter mutet: ne forte incautia iuuenum corda & eiusmodi rebus nimis adhærent, & à perfectionis cursu retardentur.

*Cap. 7. De exercitijs in recreationis loco, ad tempore fieri solitis.*

1 **A** Lat Magister utilem illum morem nouitios absque fastidio, erudiendi in ipso recreationis loco; ubi multa discuntur, quæ modicam animi attentionem

tionem requirunt, ac proinde minime vexant, neque formam recreationis immutant.

2 Docebit ibi fratres in chorū duplē discretos modū canendi Religio-ni conformem: errantesq; instruet, læ-taq; nonnulla admiscebbit.

3 Docebit modū clare, sedatè, distincte-  
qué legēdi: qui ad cōmouēdos animos  
efficax sit: vitiaq; prolationis, & ac-  
centus emendabit.

4 Docebit officij diuini regulas siue  
rubricas, ita ut Nouitij ante professio-  
nis diē, regulas officij sufficiēter explo-  
ratas habeant, quandoquidem ad offi-  
cium persoluendum vñā cum professi-  
ne obligandi sunt.

5 Docebit ibi modos plurimos vtiles si-  
mul ac lātos, standi, sedendi, incedendi;  
capitis, brachiorum, totiusq; corporis  
moderationem, prout in Nouitiorum  
Instructione traditur.

6 Docebit ibi interdum nonnullas cæ-  
remonias ad ministerium Missæ, vel  
Chori vel aliorum locorum attinētes,  
vt fratres perfectè, ac expeditè illas ex-  
erceant.

g 5

7 Do-

554      *Instructio Magistri*

7 Docebit alia leuiora, quorū fratres nō  
decet ignaros esse , vt vestes resarcire,  
legumina purgare, linteā plicare, & eius  
generis alia , quibus animus corpusw  
minimē grauatur . Quando verò exer-  
citia hæc in recreationis loco fiunt, ca-  
ueat Magister ne Nouitij capite nimium  
demisso taciti, ac mœsti permaneāt ; il-  
losqüe nonnullis intercalatis interrogati-  
bus exhilaret . Quod exquè anim-  
aduertēdum est, quoties aliquid ibidem  
legitur: ne scilicet Magister finat fratres  
per tempus illud modicum , ita tacitos  
& lectioni intentos esse , ac si concionē  
audirent: spiritualis quippe doctrinalo-  
corum ac téporum discrimē obseruat.

Cap. 8. De exercitijs ad valetudi-  
nem conferentibus.

1 **E**xpedit prouidubiō ad valetudi-  
nem animæ corporisq; tuendam,  
Nouitios varijs officijs, & attemperatis  
laboribus exercere. Quocirca pars dis-  
ciplinæ monastice est, labor aliquis cum  
moderatione susceptus, vt ex Sancto-  
rum Patrum historijs facile constat.

2 Ma-